



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

332. De eulogiis populo à Presbytero dandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Pœnitentiali.*

C C C X X I X . Uxoratus contineat se quadraginta dies ante Pascha & Pentecosten, seu ante Natale Domini , & omnem dominicam noctem , & quartam & sextam feriam, & à conceptione manifestata usque post natam sobolem. Uxor post natam sobolem abstineat se ab Ecclesia , si filius est , dies triginta ; si filia , dies quadraginta. Mulier se abstineat à viro tres menses ante partum , & post partum quadraginta dies. Qui autem nupserit his diebus , viginti dies pœniteat.

De eadem re.

Burchard. lib.
19. c. 76.

* Edit. Hel-
mestad. an-
nos v. pœn.

C C C X X X . Qui in quadragesima ante Pascha cognoverit uxorem suam & noluerit abstinere ab ea , * uno anno pœniteat, aut premium suum , videlicet viginti sex solidos , ad Ecclesiam tribuat , aut pauperibus dividat. Si per ebrietatem & sine consuetudine acciderit, quadraginta dies pœniteat.

Quod ante communionem abstinere debet
à conjugi.

Burchard lib.
§. c. 22.

C C C X X X I . Omnis homo ante sacram communionem à propria uxore abstinere debet vii. aut v. aut xi. dies.

De eulogiis populo à Presbytero dandis.
Ex Concilio Nannetensi.

Concil. Nan-
net. c. 9.

Burchard. lib.
§. c. 27.

C C C X X X I I . Ut de oblationibus quæ offeruntur à populo , & consecrationi superfluent , vel de panibus quos offerunt fideles ad

Ecclesiam , vel certè de suis , Presbyter conve-
nienter partes incisas habeat in vase nitido , ut
post Missarum sollemnia , qui communicare
non fuerunt parati , eulogias omni die domi-
nico & in diebus festis exinde accipient . & illa
unde eulogias Presbyter daturus est antè in
hæc verba benedicat :

O R A T I O .

Domine sancte Pater omnipotens æterne
Deus , benedicere digneris hunc panem tua
sancta & spirituali benedictione , ut sit omni-
bus salus mentis & corporis , atque contra om-
nes morbos & universas inimicorum insidias
tutamentum . per Dominum nostrum Jesum
Christum filium tuum , panem vitæ , qui de
cœlo descendit , & dat vitam & salutem mun-
do , & tecum vivit & regnat . Providendum
est autem ne micæ incautè defluant .

Burchard. lib.
5. c. 28.

Ut Presbyteri cum stola incedant . *Ex*
synodo Triburiensi.

CCCXXXIII. Ut Presbyteri non va-
dant nisi stola vel orario induiti . Et si in itinere
Presbyteri spoliantur vel vulnerantur aut oc-
ciduntur non stola vestiti , simplici emenda-
tione sua solvantur . Si autem cum stola , tri-
pliciter .

De eadem re . *Ex Concilio Mogontiacensi.*

Concil. Mo-
gunt. sub Kar.
M. c. 28.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 81. &
lib. 6. c. 169.
Burchard. lib.
2. c. 101.

CCCXXXIV. Presbyteri sine inter-
missione utantur orariis , propter differentiam
sacerdotalis dignitatis .